



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Natales Sanctorvm Belgii, & eorundem Chronica
Recapitvatio**

Molanus, Johannes

Dvaci, 1616

Vigesima septima Ianuarij.

urn:nbn:de:hbz:466:1-9477

ei regimē cōmmissit. Vit autem sanctus rectores singulōs singulis p̄cessē voluit. Fuit etiam ad formandum mona- sticum regimē, multis in locis p̄stulatus. Nam Cellā sancti Gisleni p̄fecit sub se Heribrandum; in Altomōte, Euthelμum; Vualciodori, Lambertum; Traiecti ad san-ctum Paulum, Herigetum; Atrebāti, Emmelinū; Martianis, Balduinum. Ac tandem, cū Stabulense monasterium & Malmundaricē, quod ab eo dependet, egregiē instaurā- ss̄et; cū q̄ue aliorū monasteriorū indefessam solici- tudinem sibi iss̄et, anno quadragesimo octauo vltra millesi- num, in die confessionis sancti Pauli, prout semper opra- uerat, spiritum Deo tediidit. Estq̄ue à Vuazone episcopo Leodiensi sepultus in Stabulensi ecclesia. Mirum est autem Stabuletum, Imperiale monasterium, eius canonizatio- nēm apud Apostolicam Sedem non solicitasse; cū de virūtibus eius, & miraculis, permulta legantur, Blandinij conscripta, per Euerhelnum abbatem Altimontensem, & postea, ut puto, Blandiniensem. In chronicis ehim Blandinij, notatut Etterelimus; electus abbas anno supra mille- simū quinquagesimo octauo: defunctus anno sexagesimo nono. Sunt autem Stabulenses, à quibus Malmundarium dependet, diocesis Leodiensis, sed pro altera iurisdictione litigatur à Lutzenburgensi duce & Leodiensi principe, cū illi se immediate Imperio subesse verbis & factis afferant.

Vigesima septima Ianuarij.

1º. De sancto Sulpicio, episcopo Baionensi.

Ex libris ad sanctum Gislenum, & informatione Mat- thai Maulart Reuerendi abbas ibidem, nunc episco- pi Atrebaten sis.

B Aionæ, natalis sancti Sulpicij, episcopi & confessoris. Cuius corpus habet Cella, siue sancti Gisleni monasterium, quod est antiquissi- um in Hannonia. Vnde in Martyrologio ibi- dem legitur, die vigesimo septimo Ianuarij, De- positoris sancti patris nostri Sulpicij episcopi & confessoris. & die vigesimo primo Iulij, In Cellensi monasterio, trans-

translatio sancti Sulpici episcopi, & sancte Leocadiæ virginis. Fuit autem episcopus Baionensis in Gasconia, siue, ut literati quidam loquuntur, ad Aquas Augustas, in limite Hispaniensi. Id enim constat ex sermone de translatione. Eiusque corpus eadem occasione, & eodem tempore, quo corpus sancte Leocadiæ, per Comitem Hainno-niam, ad Belgas delatum esse putatur.

2º De beato Ioanne episcopo Morinensi.

Ex Chronicis Bertinensium, cap. quadragesimo.

Eodem die, anno millesimo centesimo trigesimo, obitus B. Ioannis episcopi Morinensis, qui triginta annis episcopatum sanctissime rexit, iudiciorum, pauperum, ecclesiastum, bibliothecarum, & dilatarum religionis, sedulus obseruator. Qui in libro vita, numero sanctorum pie creditur ascriptus, quamquam non sit per Romanam ecclesiam canonizatus. Vita eius ad diuum Bertinum conscripta habetur. Hic I�is ad sanctum Martinum, Regulares instituit.

Vigesima octaua Ianuarij.

1º De sancto Carolo magno Imperatore.

Ex Martyrologio Aquisgranensi, historijs & annali-bus rerum Caroli, literâ canonizationis, ac aliunde.

AQuisgrani, natale sancti CAROLI confessoris, primi de stirpe Francorum ordinatione diuinâ Romanorum Augusti: qui ab in-eunte ætate sacerdotali pompam despiciens, in imperialis potentiae gladio & sancte prædicationis verbo, vitæque salutaris exemplo, conuertit Gasconiam Hispaniam, atque Galæciam. In eâ namque corpus beati Iacobi Apostoli, nefandis idolorum ritibus